



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

Privilegium Cæsareum Primum. Anno 1671. Die 29. Aug.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

# PRIVILEGIUM CÆSAREUM PRIMUM.

ANNO 1671. DIE 29. AUG.

**L**EOPOLDUS Divinâ favente Clementiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germanie, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, &c. Rex, Archi-Dux Austriae, Burgundie, Styrie, Carinthie, Carniola, & Wittenbergae, Comes Tyrolis, &c. Agnoscimus & notum facimus teuor preuentum universitatis. Quod cum Nobis Nostris & Imperii Sacri fidelis dilectus Joannes Baptista Mayr, Aulico-Academicus Bibliopolia & Typographus Salisburgensis humiliter exposuerit, se P. Ludovici Engel, Ord. S. Benedicti, J. U. D. & in Universitate Salisburgensi SS. Canonum Professoris Collegium universi Iuris Canonici, recens ab eodem elaboratum publico & quæ ac imprimitis ejusdem Juris Studioforum bono ac commido proprio sumptu ac prælo in lucem edere constituisse, vereri autem ne (quod fieri sepe soleat) alii etiam Typographi quæstus causâ eandem editionem magno suo dispendio fraudulenter imitentur, adeoque Nobis demississimè supplicavit, ut indemnitate sua hac in parte benignè consulendo se Privilegio Nostris Cæl. præmiunire clementer dignaremur; Nos attenta cum Operis ipsiusmodi utilitate tum supplicantis precum & quiete ipsi benignè annuerimus, simulque omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, alisque qui buscumque tem & negotiorum librariorum exercentibus inhibuerimus & veruerimus, prout hinc letio d'istudque inhibemus & veteramus, ne quis eorum præter præd. Joannem Baptistam Mayr, ejusve hæredes memoratum Universi Juris Canonici Collegium intra sex annorum spatium, à prima editionis die computandum in Sacro Romano Imperio Regnorumque & Provinciarum nostrarum hæreditariarum finibus autalio typo vel forma aut sub quovis vel additionis, correctionis aliòve prætextu sive in toto sive in parte recudere vel alio recendendum date, alibi impreßum apportare, vendere vel distrahere clam vel palam citra voluntatem & absque ipsius Joannis Baptiste Mayr, ejusque hæredum expresso & in scriptis oberto confensu & licentia prefumat; Si quis verò secus faciendo Privilegium & interdictum hoc Nostrum Cæl. violare aut transgredi aulus fuerit, eum non modo ejusmodi libris peperam quippe recus & adductus, si quos quidem præd. Mayr ejusque hæredes ubique deprehensor sive propriâ authoritate sive Magistratus auxilio sibi vindicare poterant, de facto privandum, sed & pœna insuper trium marcarum auri puri Fisco Nostro Cæl. & fraudis Vindicti ex equo pendâ, omni spe venie sublata, decernimus multitudinem. Dummodo tamen quaterna ad minus ejusdem libri exemplaria ad Cancellariam nostram Imperiale Aulicam transmittantur, Mandamus proinde universis ac singulis nostris & Sacri Imperii Regnorumque & Provinciarum nostrarum hæreditariarum subditis cuiuscunque statûs, gradûs, ordinis aut dignitatis existant, tam Ecclesiasticis quam laicaribus, præterim verò iis, qui in Magistratus constituti, vel proprio vel superiorum suorum nomine & loco juris & justitiae administrationem exercent, ne quemquam Privilegium hoc Nostrum Cæl. temere & impunè transgredi aut violare patiantur: Quin potius contumacessos quos competerint, præscripta pena plecti, aliosque modis idoneis coercere current: quarenus & ipsi eandem multitudinem evitare voluerint, Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum & Sigilli Nostris Cæl. impreßarum munitarum. Datum in Civitate Nostra Viennâ, die vigesima nona mensis Augus, Anno Domini Milleſimo Sexcentimo Septuagimo Primo, Regnorum nostrorum Romanorum, decimo quarto, Hungarici, decimo septimo, Bohemici vero, decimo quinto,

LEOPOLDUS.

(L.S.)

V. Leopoldus Guillielmus  
comes in Kinigsegg.

Ad Mandatum Sacre Cæsareæ  
Majestatis Proprium.

XCC